

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clarissimo uiro, eruditione, & uirtute praestanti N.N.amico suo charissimo
[...] Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

doctrinae ac morū disciplinam tueatur, ut ueris laudibus inter nos hac mundi senectia celebretur Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, cum filio suo & spiritu sancto. Has optimas res Deus impertire solet per ueros Episcopos, quos quidem uocat *εὐνοήτας*, laboris socios. Quod nam potest in auius praconium excogitari, quam diuina uoce dici socium diuini laboris? Veneremur igitur pios doctores, in quorum numero longo iam tempore uos quoque; R. D. V. seruire diuinitus uidentur: et diutius seruiat in domo Dei, optamus. Bene & feliciter R. D. V. ualeat.

Dies nuptiarū filiae domini Pauli Reualt, ut sint faustae & felices, faciat Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi.

Clarissimo uiro, eruditione, & uirtute praestanti N. N. amico suo charissimo *καὶ ἀγαθῷ φίλῳ καὶ ἀγαθῷ φίλῳ*

καὶ ἀγαθῷ φίλῳ καὶ ἀγαθῷ φίλῳ, Philippus Melanchthon

S. D.

De Cosuiga erraui. Erat enim iter faciendum in Goten, ubi Ascanium de magnis rebus loquentem, uel potius querentem liberè & sine aulicis inuolucris audiui. Dixi etiam de pace & bello, quae iudico esse dicenda, coram uobis hos sermones exponam. Ibi etiam audiui à pastore Ecclesiae, hunc an-

11 2 num

10. Eber.

II, 140.

num pariter fuisse fatalem apibus & scholasticis. Itaque tibi mitto cellulas, in quibus uidebis iacere mortuas apiculas. Vt enim è tauro nascuntur apes: ita nobis ex uictima Christi nostra examina renascantur. Apud Aristotelem est, ἢ ἡγοῦ ἐπιτολίη πλάσσει γινέσθαι μέλι. Ergo ἐπιτολίη est cosmicus ortus, quo tempore mella è fauis quoq; eximuntur. Atq; utinam etiam habeamus ἐπιτολίη πλάσσει nos tranquillā. De uersibus nostris statue quod uidebitur. Non prohibeo adscribi nomen meum.

Menij epistola sanè tragicè scripta fuit: sed quòd se in suo scripto cum Pontifice dimicasse ait; optarim alijs armis præliatum esse.

Senatus Norimbergensis Camerario & mihi hospitium offert. Viti & D. Hieronymi Bomgartneri literas mitto. Ego non minus de te & de collegis aliquot alijs, quàm de me ipso cogito. Sed hæc coram. Chartas operis Meniani mihi mittas. Bene uale. Date Serueste, 19 Februarij, 1547.

Reuerendo uiro, eruditione & uirtute præstanti, D. Casparo Crucigero, Doctori Theologiæ, amico & fratri suo charissimo, Philippus Melanchthon

S. D.

Et dilexi filiam σοφῶν διuinitus insita humane naturæ: & sensum amoris acuit misericordia, postquam

I, 88.